

W. 2.
(90)
Zweiter Brief

7

N. 1.

Zimngymnasium Torgau
1654-1753



pag. 651; 1.



1. 12. 1900



1. 12. 1900

Quelle



C. TACITUS

De

VETERUM GERMANORUM
ENCOMIIS

In

Actu Oratorio-Valdicitorio

LOQVENS

Cui

ad d. 7. April. Hora 9.

Benevolam mentem auremqve
præbeant

**Dn. Mæcenates, Patroni, Fautores
ac Amici**

Officiosissime perqve amanter
rogantur, invitantur

M. GODOFREDO STEINBRECHERO,
Rectore Torgav.

TORGÆ,

Typis JOHANN, ZACHAR, HEMPL,



Germanos inter Germanos quæ.

Germani oportere, non secus, ac Cynicus ille Philo-
sophus, medio die, accensa lucerna, homines in-
ter quæsitivit homines re & nomine tales legitur,
dudum dixit, quicumque dixit, rectissime. Nam
quod vates ille Venusinus, multis jam ante seculis elapsis, scri-
bit: *Damnosa quid non imminuit dies: Ætas paventum pejor avis, tulit nos nequiores,*

a) Od. VI.
L. III.

β) In Judi-
cio de sty-
lo Histori-
co.

γ) vid. ipfi-
us Pro-
grammata
P. 243.

δ) Juven.
Satyr. XIII.

α) In Ety-
mologico
Lex. p. 234.

pejus indies ruentibus, applicari meretur. Aureum virtutum
seculum non expectandum est; sed, quemadmodum *Scioppius*

β) Lingvæ Latine sex facit ætates, primamque, ait, fuisse *Auream,*
argenteam alteram, tertiam *aneam, ferream* quartam, quintam *li-*
gneam, ultimam *luteam:* sic (applicante id *B. Fr. Hildebrando* γ), si
morum tam sædam sæditatem, indies instar gangranæ latius
serpentem, spectemus, ætas hæc nostra non ferrea est, non li-
gnea, sed planè lutea, ita ut, maxima parte mortalium, etiam
Christianorum (rem indignam!) vitiorum se coeno volutan-
te; Satyrici verba hodie nostra non injuria faciamus: *nona ætas*

agitur, pejoræque secula ferri temporibus, δ). Germanorum nomen nata-
les suos non extraneæ, sed patriæ Lingvæ debere, sunt, qui ju-
dicant, quippe constat ex *ger/i. e. profusus, omnino,* & *man/* hinc
German/ seu *Garman/* mutato *ger* in *gar/* ut dicimus: *Ger-*
trud/i. e. Gartreu/ Gerhard/ i. e. *omnino durus.* Quamvis *Cl. ille*
Gerardus Joh. Vossius adduci non possit, ut putet, Germanos tam ar-

rogans sibi nomen dedisse α) quam obrem crederem, *ger* idem
esse ac *bellicus,* hinc Gallorum *guerre,* & Hispanorum nec non
Italorum *guerra,* ita ut fiat *guerman German/* s. *Herman/* i. e. *ein*
Kriegsman/ g, enim sæpe in h, mutari, ut apud Hispanos, vo-
cem *Germanus* exprimentes *Hermannus;* notum est iis, qui stipendia
quædam in Castris Philologicis fecerunt. Si sinceritatem,
charitatem fidemque Germanorum veterum mutuam perpen-
damus, Germanos a germano affectu amoreque sincero no-
men traxisse, testis est *Strabo,* cui suffragatur primus ille Germa-
niæ Poëta *Conradus Celtes:*

*Germanos vocitant Itali, Graeci sed adæquos:
Qui fratrum solent inter se vivere more.*

Quam voles, elige tibi sententiam, non impedio, perspexisse
nobis sat erit Germanos veteres laude fortitudinis, fidei, amo-
risque sinceri conspicuos fuisse maxime, quippe ferrum & ar-
ma portare gestientes, & eximia in injuriis acris ferendis pa-
tientia pollentes:

ζ) Mantu-
an.

Gens durata gelu, genu insuperabile bello. ζ)
Hinc *Marius,* teste *Polyæno,* cum *Cimbris* conficturus ex fri-
gidis

gidis regionibus profectus sciebat, Germanos glaciem & nives ferre posse, calorem ac solem non idem, æstu confectos plurimum sudorem quidem cum spiritu emittere; scutum tamen relinquere præcipuum flagitium ratos, 7). Hodie sanè in matris amplexibus hæere ac foco assidere volupe nobis est, quibus id, quod Romanæ juventuti ab Ennio, exprobrari possit:

7) Tacit. I.
XXII.

*Vos juvenes animum geritis muliebrem
Illa Virago (vetus Germania) viri f. Manni.*

(Mannus quidam Tungrorum vel Imperator vel Dux Teutonici exercitus, cum Tungris suis popularibus Rhenum transgressus cum Gallis prælium iniisset, illisque è sede sua ejectis, victor cum rediisset, *Germanus* appellatus esse vulgo perhibetur). Quia Fidem, quia Justitiam Majores nostros verè Germanos fuisse, pleni sunt Sapientum libri, plenæ voces:

*Est veri justia, tenax (Germania) mens consona labris,
Fistula colorata vitæ mendacia lingue. 9.)*

Hinc proverbium: **Er ist ein alter Teutscher: Auf alten Teutschen Glauben:** *Gens aperti pectoris, non astuta, nec callida, 1.)* quæcumque mortalium arcere recto nefas habens, vitium inter hospites comitatur. Sed prohi Jupiter! ubinam est fides? ubi justitia? exclamet quis hodie rectius, quam ille apud Comicum. Fallere enim, mendacia serere, ægrè aliis facere, in pretio habetur nostris moribus. Non hospes ab hospite tutus, fratrum quoque gratia rara. Justitia, Comitas, vitæque innocentia coram Deo hominibusque exhibenda laudatur, commendatur, atque votus quisque est, qui hujus rei documenta in se det ac statuat! Quid dicam de Germanorum veterum continentia ac frugalitate? Simplici illi cibo potuque contenti erant 2). Libido, adultèria, furta idque generis alia vitia apud illos exulabant 3), in vestes, in ædes non profundebant aurum & argentum 4), fœnus agitavit & in usuras extendere ignotum ipsis erat, ideoque magis servabatur, quam si lege vetitum esset 5), & quemadmodum magnas inter opes in opem illum esse rectè putabant, qui sua forte non contentus, ita, quamvis Tacitus noster dubitet, propitii, an irati Dii Germanis negaverint aurum argentumque, quippe non turpi quaestu partum, non è terræ visceribus erutum, nec è lapide illo philosophico, fuci & doli idolo illo ingenti, (quo de prolixius C. Agrippa de Vanitate artium. Cap. 90.) conflatum, aut potius è temeraria rerum illa metamorphosi tentatum; ingentem tamen vim pecuniæ vasisque aurei argenteive possidebant; sed nulla affectione animi, nulla cupidine ditescendi 6). Quid hodie Germani? scilicet se invicem magnis urgere culullis & torquere mero: hinc venter me-

8) Cont.
Celt.

1) Tac. Cap.
XXII.
2) Cap. xxxi
id.

3) Cap.
xxi. xxii.
4) C. xxiii.
xxix.
5) C. XVI.
xvii.

6) Tacit.
Cap. V.

to

ro æstuans despumat in libidinem, hinc furta, hinc cædes, hinc adulteria, hinc incestus. Quantum pecuniæ in vestes aliasque res ludicras non profunditur, nunc gallico habitu incedendum, nunc alio superbiendum. Quot reperiuntur sanguisugæ, quæ fœnere acerbo exagitant urgentque pauperie pressos? Nonne hic & ille, auri sacra fame impulsus, aureum hoc cœnum cœlo, menti rectius consciæ, pariter ac muneris vocationis, rite ac indefessè defungendo, præferens, totus est in corradendis opibus, cum Mida, stolidissimo illo Phrygiæ Rege in votis ac optatis habens, ut, quicquid corpore contin-

n) Ovid. l. 11. f. 3. & 4. conf. Natural. Com. l. 9. Mythol. c. 15.

p) Sidon. Carm. II. v. 192.

e) Owen. L. 1. Epigr. 159.

gat, in aurum verteretur, &.)
 Ubi itaque gentium est Germania vetus? E tumulis si suis prodirent Majores nostri, ipsis nos à vultu notiores, quam à moribus esse sane deprehenderemur.

At manum hac de re, nulli ignotâ, cui rectè notus est sæpius laudatus, nec unquam sine laude loquendus p) Tacitus noster, quem ut eò sibi familiariorem redderet Musæ nostræ: quatuor ex ipsarum grege Academicæ Candidati dignissimi, adyta Auctoris istius quæ veritatem probi, quæ naturam sagacis, quæ breviter obscuri, e) intrare iussi, *Tacitum Loquentem* sistent, ex ipsius aureo libello Laudes & Encomia Veterum Germanorum de prompturi, nempe:

- I. JOHANN. CHRISTOPH. REYENTANZIUS, Jüdrobocens. Saxo, Majores nostros laude Justitiæ præ aliis floruisse populis evincet.
- II. JOHANN. CHRISTOPH. NEUBERUS, Damensis Saxo, commendabit Veteris Germaniæ Continentiam ac Frugalitatem.
- III. JOHANN. FRIDERICUS HERMANNUS, Torgens. totus erit in laudanda Fide Germano-antiqva.
- IV. JOHANN. MAURITIUS JAUCHIUS, Torgens. Germanos veteres fortes sisset ac animosos.
- V. GEORG. CHRISTIAN. KUPFERUS, Zeithensis Misnic. antiqvam illam Gratiâ in Schola nostrâ non dormire dicet, ac proinde omnium, unâ cum se in Academicas celeberrimas abiturientium nomine, gratias agere Deo, Patronis, Parentibus ac Scholæ Magistris debitas.

Agite itaque, Auditores O. O. honoratissimi, eaque quæ par est, humanitate à Nobis invitati, rogati, Actum hunc Oratorium vestra præsentia condecorare ne dedignemini, hostimenti vice officia, quæ modocunque à Nobis proficisci possunt, parata semper ac debita expectando. P. P. Torgaviæ III. Calend. Aprilis,

A. O. R. M. DCCII.

✠

78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Sta. verknüpft bisher



1077





C. TACITUS
De
VETERUM GERMANORUM
ENCOMIIS

In

orio-Valdictorio

Q V E N S

Cui

7. April. Hora 9.

mentem auremque
præbeant

es, Patroni, Fautores
Amici

ne perque amanter
tur, invitantur

O STEINBRECHERO,
ore Torgav.

ORGÆ,
N, ZACHAR, HEMPI,

